Otho III Saxoniæ Dux, Othonis II filius, a principibus Germanis Imperator Romæ dictus, a Gregorio V pontif. Max. consanguineo ſuo(Bruno antea Vocabatur) quem ille pontificem crearat, diadema imperiale accepit: Sed cum Saxoniam peteret Imperator, Gregorius pontifex. a Iohaṅe ponti: Vrbe pellitur Quare Otto irarum plenus maximis copÿs Italiam ingressus vi Romam capit. Crescentium consulem dissidÿ authorem cum ſuis compli. cibus punit, Gregoriumque pristinę dignitati restituit. Cum verò consideraret sapientissimus Cæsar perpetúo æstuare Gallos et Italos, transfe. rende imperialis maieſtatis cupiditate a Germanis, et inter Germanos quoque propter electionem nonnūquā dissensiones defuiſſe apud suos Maiores: tulit cum Gregorio sanctionem vt in posterum sola authoritas eligendi Imperatoris, penes ſeptem Germaniæ principib. prima. rios remaneret: Erat tum Otto natus annos 28 et propter ingenÿ proptitudinem miraculum mundi dictus: factum hoc asserunt 1° salutis nōgen. tesimo septuagesimo quarto: licet scriptores tempore multum varient, quod lectori manifeſtū erit ex lectione Historiarum,

De his conſule Munſter.

Nomina 4 Comitum et Militum Imperÿ ſuperius omiſſa, hîc legenda ponimus.

4 Comites Imperÿ.	4 Milites Imperÿ.
Swartzeburgēſis, Clivenſis,	Andelato, Meldingenſis,
Ciliæ, et Sabaudiæ.	Strongendoch, Frauwēberg.

Gerard. de Jode. Exc.

Anton. Wierinx. fe.